angustias imperii romā captatis auguriis condiderit ergo a uos se add& comitē auitu
to se iungit imperio. au certe secundū enniū refert int deos cū aenea dicit nā que ilia
fuisse filiā aeneae q̄d si est aeneas auus romuli unde & iā addidit assaracique sangui
nis nā hoc epitheton n̄ sine causa est introductū q̄d est ppriū aeneae nā assaracus pat
est capys. capys anchisae anchises aeneae · Uiden· den· naturalit long a est breuē
tam ē̄e posuit secutus enniū & adeo eius est inmutata natura ut iā ubique breuis in
ueniat. Geminae stant uertice cristae omnino in hoc egit romulus ut cū fratre regnare
uider&ur ne se reū parricidii iudicar& unde omnia duplicia habuit quasi cū fratre
cōmunia & enī ad captanda auguria montē palatinū romulus tenuit auentinū
remus qui prior sex uultures uidit post romulus. xii. & cum ille tēpore ille numero
de condenda urbe certarent orta certatione de urbis nomine int exercitū a romuli
militib; remus occisus est fabulosum enim est quod a fratre ppt muros dicit interemptus
Et pat ipse suo superū iam signat honore merito uirtutis mars romulū deū esse signi
ficat superū eni accussatiuus est singularis ab eo q̄d est superus super · Illa quā tibi saepe
fata pmiserunt. Inclyta graecū est nā clyton gloriosū dicunt. Imperiū terris in quantū tendi
tur terra. Animos aequabit olympo magnanimitate aequabitur caelo de hoc aut loco & trogus
& pbus quaerit. Septemque una sibi muro circū dabit arces. bene urbē romā dicit septē inclu
sisse montes sed mediū tenuit nā grandis est inde dubitatio alii dicunt breues ·uii· colli
culos a romulo inclusos qui tamen aliis nominib; appellabantur alii uolunt hos ipsos qui nunc
sunt a romulo inclusos id est palatinum quirinalē auentinū caeliū uiminalem esquilinū
ianicularē alii uero uolunt hos quidē fuisse aliis nominib; appellatos quae mutata sunt
postea ut de multis locis & fluminib; legimus ut saepius & nomen posuit saturnia tellus
proles uirum uirorū fortiū. Qualis uere cinthia mat frigia nā uere cinthos castellū est
frigiae iuxta sangariū fluuiū ubi matē deū colitur p hanc autē comparationē nihil
aliud ostendit nisi romanos duces int deos esse referendos. Turrita quia ipsa est
terra quae urbes sustin& · Huc geminas nunc flecte acies totū uisum tuū huc dirige
& huc specialiter intuere sic ass per omnes iuli progenies ut iullius a magno dimissū nom
iulo. Caeli uentura sub axē nā cū augustus patri caesari ludos funebres exiber& stel
la p diē apparuit quā persuasione augusti caesaris esse populus credidit hinc est ecce
dionei processit caesaris astrū sub axem ergo id est ad diuinos honores. Hic uir hic
est. c. littera p duplici non nisi in monosyllabis hab&ur · ut hoc erat alma parens per